

πολλὰ τῶν, multi mysteria] De vero usu cœnæ sacræ per subjectionem & divisionem personarum, utentium sacramento cœnæ.

κρίμα γδ, judicium enim] id est, judicii & pœnæ se reos faciunt. Estq; id effectum abusus cœnæ Dominicæ satis horribile.

ὡσπερ γδ, quemadmodum enim] Comparatio cibi corporalis & mystici secundum subjectum & effecta. Mysterium μυστήριον, res arcana, sacramentum, rei arcanæ aperta actio, ἀπὸ τῆς μίζης, quod est mutire. Vocantur autem hoc loco mysteria tremenda, quod sint reverenter religioseq; usurpanda.

τραπίζης, mensæ] Ex dignitate mensæ Dominicæ ostendit, vitam purè esse agendam, ματ' ἐνιαυτῶν, si anno ex] Reprehensio eorum, qui anno vertente semel duntaxat cœna sacra uruntur.

σιπὲ δέ μοι, dic quæso mihi] Simile eorum, qui ex morbo convaluerunt, & priora faciendo iterum sese perdunt.

σι τοίνυν, quodsi igitur] Applicatio ex minori.

φησὶ γδ ὁ θεός, Inquit enim divinus] Pondere testimonii apostolici terret contumaces, pœnam abusus cœnæ Dominicæ inculcans.

κατὰ τὴν γδ, ut enim illi] Comparatio pœnæ crucifigentium Christum, & indignè utentium cœna ejus sacratissima.

ὡσπερ γδ, sicut enim] Aliud simile eodem spectans.

διέρρηξαν, disruperunt] ἐπιξήγησις, enarratio similitudinis.

τῶτο πολλῶν, hoc multos] Epiphonema alludens ad locum communem de efficacia doctrinæ, & communi consolatione.

ἀγ' ἢ, quare] Reperitio causæ, cur affectionibus æquè obnoxii sint doctores, atq; auditores.

ἀν τοίνυν, quocirca si] Consequens: Ergo indignum ab usu cœnæ Dominicæ arce. Hujus antecedens erat: Indignè sumentes corpus Christi, contumelia eum afficiunt.

εἰ γδ μὴ, Si enim indignus] Comparatio ex pari ex Psalmo 50. Impio non licet enarrare statuta Dei. Igitur nec sacram mensam attingere.

ἔτε αὐτῶ, non autem ipsi] μεταίτιασι, Extenditur enim pœna hujus delicti ad consentientem etiam aut occultantem.

βαβαί, Papæ] Exclamatio de occultatoribus alieni sceleris.

ἀλλ' ἐπειδή, sed quia] Ratio à pœna, cujus se participes, & reos faciunt ministri.

μείζονα δεσπότων, majorem habes] Ab autoritate tremendæ majestatis divinæ.

ὅσον ἐκκαθαίρων, dum non expurgas] id est, præparas per veræ pœnitentiæ concionem, ut peccandi propositum abjiciat, & fide remissionem peccatorum petat.

μὴ ξίφος, ne gladium] Antithesis. Non cibum, sed gladium porrigis corpus Christi indignè sumentibus.

ἀλλὰ καὶ, sed quamvis] Occupatio. At ne imbecilles quidem admitte, scilicet, in quibus nulla veræ pœnitentiæ signa comparent.

ἀν τ' ἀνθρώπων, si hominem] Pœnæ & præmia metus hominum & Dei.

εἰ δ' αὐτὸς, sin ipse] Sibi adduci jubet parere recusantes, suum simul declarans zelum adversus pertinaces.

κρείττον γδ, Satius enim] Ratio severitatis usurpandæ in ministerio, ab utili. Est autem in hoc loco notanda perspicua asseveratio μετεπέδουσι participationis sive distributionis corporis & sanguinis Christi verè præsentis: utpote ob cujus præsentiam tremere & horrere debemus.

ἢ πρίν, cui convenit] Clausula ἐπιχειρητική.

F I N I S.

Coll. diss. A. 114, misc. 57